

non fiat VII. Item quod vassalli sui in civilibus vel criminalibus non posint^a nisi sub eo conveniri. — non

VIII. Item quod ipse et heredes sui sint liberi et immunes ab omnibus serviciis et colectis^a regis vel cesaris et eciam civitatum et omnibus honeribus realibus et personalibus quoad omnes <cum vasalis^a suis>^b sint liberi et immunes. sic
istud ultimum restringatur: tantum^c a servicio^d et collecta^e, que imponerentur occasione regis vel cesaris, reservata expeditione, quod adesse teneatur in exercitibus, qui per ipsum fierent in Ytalia; sublato extoto quod se non extendat ad collectas vel honera civitatum etc.

II.

Erledigungsblatt eines genuesischen Memorandums. (2. Teil)¹.

§ Secunda pars capitulorum^f.

F Primum capitulum^g concedatur hoc modo, videlicet quod ea^h que petita sunt concedantur in feudum pro magna quantitate pec(cunie), ita quod restituta pec(cunia) res sit in eodem statu, in quo nunc est, et aliter non.

† § Secundum capitulum non concedatur, nisi videantur privilegiaⁱ et^k conventiones.

† ¹§ Tertium capitulum in prima parte servetur in statutis licitis, iuri et bonis^m moribus non contrariis; in secunda parte non videtur concedendum, quia domino derogatur.

F § Quartum non est admittendum, quia contra honorem imperii et publicam utilitatem.

F § Quintum capitulum non concedatur, quia magnum preiudicium inferret iuri imperii et honori.

† § Sextum capitulum non est concedendum, nisi in quantumⁿ includeretur ex concessione primi.

a) So im Or. b) Nicht nur durch-, sondern auch unterstrichen.
c) 'tantum' durch ^ nachgetragen; dies Zeichen findet sich aber sowohl vor als hinter dem 'a'. d) 'o' nachträglich aus 'is' korr.; 's' von 'is' durchstrichen. e) 'a' nachträglich aus 'is' korr.; 's' scheint zu tilgen vergessen worden zu sein. f) Am Rande eine Hand. g) 'non' getilgt. h) 'ea' getilgt? i) Korr. aus 'privileget'. k) Korr. aus 'u' mit Aufstrich zu 'l'. l) Davor getilgt: § 'Tertium non concedatur quia iniquum per omnia'. m) 'bonis' nachgetragen. n) 'con' getilgt.

1) Dem ersten Stück entsprechend sind auch diese Erledigungsvermerke in Petitdruck wiedergegeben. — Vollständig gedruckt Mitt. d. Inst. XXVII, 627.